



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXCVII. Eugubina fideicommissi de Benamatis. De materia fideicommissi capiendi de manu hæredis, cui fideicommissarius sit necnè legitimus contradictor; Et de subrogatione bonorum liberorum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

norum antiquorum ad fideicommissarias hereditates pertinentium, Hinc tanquam præfati Lactantii possessoris hæres obrinuit ab Auditore Generali Bononiæ ex remedio textus in *l. finali Cod. de edict. diu. Adrian. tollen.* immitti in prædictorum bonorum possessionem, dictaque immissio confirmata fuit in secunda instantia coram A. C. Et introducta per appellationem causa in *Rota coram Cerro*, sub die 13. Junii 1657. ad favorem ejusdem Cæsaris actoris pro immissione prodiit resolutio dictis sententiis conformis, cum regulis generalibus, de quibus in duobus discursibus proximè sequentibus in materia legitimi contradicitoris, quod scilicet fideicommissarius capere debet fideicommissam à manu hæredis, neque apprehendendo possessionem auctoritate propria dici potest legitimus contradicitor hæredi petenti immissionem ad bona gravati defuncti ex *d. remedio l. fin.* si est testamentarius, vel ex interdicto quorum bonorum, si est ab intestato, nisi copulativè concurrentibus tribus vulgaribus requisitis, Primò scilicet quod fideicommissum sit omninò clarum & expressum, quale dici non potest nisi illud, quod oculis corporeis legitur, non autem quod ex conjecturis deducitur, seu aliàs ambiguum dici potest; Secundò quod certum sit nullas competere detractiones, quarum sola possibilitas sufficit, Et tertio quod possessio non sit vitiosa, quæ omnia in præfati deficere supponebatur, dum fideicommissum erat nimis ambiguum, non constabat de incompetencia detractionum, atque si ubique possessio per fideicommissarium capta non citato hærede, vel saltem curatore hereditatis jacentis, generaliter reputatur vitiosa, multò magis & sine dubio in Civitate Bononiæ ob particulare Statutum, quod desuper habetur ex juris communis dispositione resultantis ampliativum.

In hoc statu ex parte dicti Cæsaris pro veritate consultus fui, an actori istud possessorium remedium competere necne, ad effectum deliberandi, an adversus dictam Rotalem resolutionem petere deberet novam audientiam, illamque prosequi, & sui in sensu negativo, quod scilicet tale remedium non competere, dictaque resolutio tuta non videretur, ideoque sequendo consilium, me scribente disputationem prosequutus est, atque obtinuit recessum à decisio, dictarumque sententiarum infirmationem sub diebus 17. Martii & 27. Junii 1659. coram eodem Cerro.

Fundamentum mei responsi, cum quo dictæ ultimæ resolutiones etiam procedunt, fuit in defectu applicationis dictæ theoricæ alioquin veræ in prima decisione contentæ ad casum, procedit enim ubi nulla præcedente restitutione reali seu verbali, fideicommissarius auctoritate propria, & de facto in possessione bonorum se intrudit, ita spoliando hereditatem, cum tunc sicuti spoliare non possit defunctum inauditum, qui aliàs rejets exceptionibus bonum jus concernentibus, ex possessorio retinendæ, vel reintegrandæ obtinere deberet, ita per viam hujus possessorii adipiscendæ summaril privilegiati hæres reponendus est in eo statu, in quo erat defunctus, & nè aliàs detur ansa expilandi hereditates sub prætextu incertarum præfensionum, ita obtinendo privilegium fisci ex quodam usu de facto introducto litigandi manibus plenis, quod in privatis nullatenus est admittendum, secus autem ubi per ipsum gravatum, vel ejus heredem restitutio facta est, cum tunc nulla super sit dubitandi ratio.

Restitutio autem non solum fieri debet in re, sed etiam factis per patientiam aut consensum vel approbationem, ut fideicommissarius obtineret vel obtenta retineret, nè dicitur in *l. restituta ff. ad trebellian.* ibi, si forte postea possideri res hereditarias vel totas, vel aliquam partem, ibique glos. & DD. ac etiam Rip. num. 9. Et in *l. juxta primam lecturam & num. 6.* juxta primam in *l. 1. ff. ad trebell.* Gomez. var. resol. c. 1. in *l. sit. num. 13.* verè. Item adde *de primo, in l. cap. 1. num. 20. & seqq. Argel. de acqu. poss. l. 61. cum aliis de quibus in decisionibus;* Et in resolutione pecuniarum factæ per hæredem fideicommissario pro reintegracione hereditatis ut ita dicitur inducta fideicommissi restitutio *Surd. cons. 92. nu. 23.*

Neque obitare videbatur clausula præfata, sine præjudicio, in qua nimirum præfatum se fundat, quoniam licet istius clausulæ veritas natura sit præservare omnia præjudicia, veritas tamen quoad compatibilia, & in aliis præfatis præfatis, non autem quoad incompatibilia, quibus protestatio esset facta contraria, licet recto adversaretur effectibus ex eo factis, sedibus, ut ultra generalia deducta ex *Compendio cum M. Ferrariensis de Constituti.* & de *quibus mat. 12. num. 25. Seraph. decisio. 1447. Decretis 388. num. 5. decis. 275. numer. 16. apud Mantua. in Farfen. bonorum 19. Junii 1648. l. 1. Mantuana bonorum 16. Junii 1654. Curia. gis in specie habetur decis. 56. apud eandem Mantua. melius apud Mantua. decis. 232. ubi num. 7. hanc præservativam prodesse in petitione restitutio in possessorio; quod etiam firmat *de quibus num. 12.**

EUGUBINA FIDEICOMMISSUM DE BENAMATIS

PRO
 JO. BAPTISTA ET CLAUDIO
 CVM
 MARIO BENAMATO

Casus decisus per Rotam pro Mantua.

De materia fideicommissi capientis in manu hæredis, cui fideicommissum sit necne legitimus contradicitor, de subrogacione bonorum liberorum hæredis gravati in locum fideicommissariorum distractorum in jure resultantem ex quadam occasione divisione.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
Resolutiones cause.
- 2 Quod fideicommissum duraret ad limitationem consilii.
21. Oldrad.
- 4 Ad effectum retentionis bonorum heredis gravati pro reintegracione bonorum alienatorum fideicommissi requiritur liquidatio. & num. 8.
- 5 De tribus requisitis necessariis, ut fideicommissarius sit heredi legitimus contradictor.
- 6 Declaratur quando intret conclusio de qua num. 4.
- 7 Gravatus possidens bona pro communi cum gravante si aliqua alienata in totum, censetur alia in totum jure divisionis assignasse fideicommissum, & de subrogatione &c.
- 8 De effectu satis proficua resultant à dicta subrogatione, & de eadem liquiditate, de qua num. 4.
- 9 Fideicommissum conjecturale dici non potest certum & clarum.
- 10 De requisito non competentia detractionum cessante ex contraria possibilitate, & de differentia inter detractiones legales consistentes in quota, & accidentales in quantitate.
11. Quando possessio capta per fideicommissarium sit vitiosa necesse.
12. Quomodo in ista materia legitimi contradictoris sit procedendum &c.

DISC. CXCVII.

Viventibus pro communi Mario, & Jo. Baptista fratribus de Benamatis de Canthiano obiit primus abque prole scripto hærede dicto Jo. Baptista, cui substituit Decium & Alexandrum ejus filios cum recepto in portione morientis abque filiis, ac prohibitione alienationis, ac detractionum, assignata ratione conservationis bonorum in agnatione, vocando etiam in defectum lineæ dicti fratris quosdam alios agnatos; Cum autem ex Alexandro fuisset superstes Franciscus Maria, isto abque prole defuncto, Jo. Baptista & Claudius nepotes Decii ex Mario filii, quibus dicti morientis intestata successio delata supponebatur, habentes etiam jus fideicommissi in vim dictæ receptæ à Mario ordinatæ; possessionem bonorum à dicto defuncto possessorum adepti fuerunt de mandato judicis nemine citato concessio cum consueta clausula dummodo possessio sit vacans, & sine præjudicio habentium potiora & meliora jura, postmodum verò detectum fuit præfatum Franciscum Mariam obiisse condito testamento instituto hærede Mario Benamato Callienti extraneo, quo petentecoram A. C. immissionem ad bona per defunctum possessa in vim l. fin. C. de Edicto d. v. Hadr. tol. len. post plures disputationes prodiit sententia concedens dictam immissionem ad bona controversa pro sola medietate quam judex supposuit liberam, utporè cadentem sub portione Jo. Baptista in communione viventis cum testatore, & cui ab intestato defuncto liberè dicti ejus filii successerunt. Et commissi per Signaturam causa in Rota coram Vicecomite cum clausula consilio quod sit locus Aegidiana, datoque ad formam dicti relcripti dubio. illud sub die 25 Junii 1663. affirmativè resolutum fuit pro dicta sententia executione, dictaque resolutio in revisione confirmata fuit coram Oratora subrogato sub die 6. Junii 1664. & 16. Novembris 1667. atque ad normam decisionum expedita sententia, & commissi

dentò causa in eadem Rota coram Calataii cum clausula, qui ad legitimam cum Oratora, cum hic pronunciasset tanquam in prima, ideoque incongruum esset dubium resultans ex ventre relcripti, datum fuit alterum dubium super sententiæ confirmacione vel infirmatione, & pro confirmacione responsum fuit sub die 1. Feb. 1669. in quo statu causa pendet.

In omnibus autem his disputationibus dubitatum non fuit de existentia, & duratione fideicommissi, quod idem judex in prima instantia in Tribunali A. C. expresse canonizavit; dum dedit solum immissionem ad medietatem cadentem sub portione Jo. Baptista, ita admittendò aliam medietatem cadentem sub portione Marii testatoris ejus fideicommissum subjacere, & quidem ex facti circumstantiis illud videbatur incontrovertibile, quodque non essemus in casu regulæ deductæ ex vulg. conf. 21. Oldrad. sed potius in casu limitationis.

Verum quia dictus Franciscus Maria ultimò defunctus, vel Alexander ejus pater distraxerunt aliqua bona pariter fideicommittenti, ac Jo. Baptista fratri communia; Ideò prætendebant fideicommissarii posse in totum retinere bona quæ subpererant, etiam pro portione libera pro reintegracione dictorum bonorum alienatorum; Attamen tam judex prima instantia, quam Rota credidit hanc non esse exceptionem aptam retardare dictum interdictum possessorium; Tum quia illiquidum erat quid & quantum remaneret, in quo fideicommissum ex causa dictarum alienationum reintegrandum esset, ideoque non data liquiditate 4 competere non potest retentio illam exigens pro necessario, ac essentiali requisito, ut ultra generalia, in his specialibus terminis retentionis quam fideicommissarius prætendat bonorum heredis gravati pro reintegracione fideicommissi firmatur per Rotam in Fulginate, fideicommissi de Roncallis 7o Junii 1660. coram Bevilacqua, à qua deindè recessum fuit ex solo facto sublequente liquidationis, ut liquet & decisionibus 14. Martii 1661. & 16. Martii 1662. coram eodem, & de qua causa habetur supra disc. 73.

Tum etiam ex generali conclusione in Rota & Curia quotidiana, qua nil frequentius, ut fideicommissarius possessor non sit heredi legitimus contradictor, nisi copulativè concurrentibus tribus vulgaribus requisitis innotatis disc. præced. 5 Primò scilicet quod fideicommissum sit omnino certum, Secundò quod certum sit nullas competere detractiones, quarum sola possibilitas sufficit, Et tertio quod possessio non sit vitiosa, ex latè, cum labore fortè non necessario in conclusione certa, & notoria cumulatis in dictis decisionibus in causa editis.

Ista motiva erant diversa, & quando intraret primum, illud præfato Mario hæredi sufficiebat, quoniam ubi fideicommissariorum exceptio consisteret in retentione bonorum propriorum hæredis gravati tanquam dubitoris quantitatibus, de qua teneretur de proprio reintegrare fideicommissum, tunc certum est necessariam esse liquidationem, quæ in facto non aderat; Verum ego scribens pro fideicommissariis dicebam non versari in his terminis, sed in aliis longè diversis, quodque omnia bona controversa in solidum absque dicta distinctione portionum jure domini spectarent ad fideicommissum, ex conclusione, de qua Honded. conf. 58. num. 18. & 23. lib. 1. Fusar. quest. 718. num. 68. Rota. 7 decis.

decif. 429. num. 1. & seqq. par. 4. divers. contra quas in tot disputationibus nihil contrarium adducebatur, quod scilicet ubi gravatus possidet pro communi bona cum gravante, si ipse aliqua bona insolidum distrahit, & sic etiam portionem fideicommissariam, tunc ad excludendum delictum, quod aliis in ipso gravato alienante supponendum esset, lex præsumit quendam occultam divisionem, per quam gravatus censeatur bona alienata elegisse in ejus portionem liberam, & assignasse alia bona remanentia in solidum fideicommissum; Ad quod conferret etiam quæ de tacita subrogatione habentur in Romana fideicommissi de Victoris 13. Januarii 1653. Verosp. dec. 299. par. 11. rec. & sic dicebam non cadere dictam distinctionem portionum, & consequenter injustam remanere sententiam primæ instantiæ, de cujus executione agebatur.

Motivum, reflectendo etiam ad solam veritatem, videbatur solidum, atque bene operativum in peritorio in concursu creditorum alienantis, qui ut sæpè contingit, habentes hypothecam vincunt fideicommissarium contendente de dicta reintegratione ob alienationes factas dum juxta opinionem quam sequitur Rota, & Curia, cessante dolo, in bonis gravati non competit hypotheca, sed solum actio personalis, ut alibi hoc eodem tit. advertitur, ita enim evitatur scopulus excipiendo de dominio ex tunc quæ sit o fideicommissum juris ministerio cum semper dominium vincat hypothecam; Verum quatenus pertinet ad punctum hujus judicii possessoriacæ summarii, adhuc apud me urgebat idem motivum incertitudinis, seu illiquiditatis, quod scilicet non bene certificatum esset, an bona alienata ita adæquarent controversa bona remanentia, quod data æquivalentia intraret in totum dicta divisio vel subrogatio, quæ poterat esse in parte, non autem in toto; Sive quod alienatio licet facta esset absque obligatione reintegrationis, vel absque delicto, quod dictam divisionem præsumere facit pro ejus exclusione, Et sic difficultas erat potius in facto, quam in jure, unde propterea in tertia propositione Rotali, prudenter dilata resolutione, mandatum fuit firmari statum hereditatis, ut inspici valeat, an bona alienata nedum adæquarent, sed etiam excederent bona remanentia, ut ex hac parte constanter supponebatur, atque dabantur justificationes, sed quia istud factum non potuit concordari, atque de his quæ facti sunt non pertinet ad Advocatos, sed ad causæ Patronum, idcirco mihi etiam data dicta incertitudine supererat occasio dubitandi contra fideicommissarios in rigore juris stante hujus judicii natura.

Isti pro meo judicio videbantur veri, ac proprii termini hujus causæ, non autem alii in quibus diffunduntur decisiones super cessante concursu dætorum trium requisitorum, dum in bonis quæ erant fideicommissaria idem iudex jam canonizaverat fideicommissarios legitimos possessores, & contradictores, ideoque dum disputatio in Rota erat super dictæ sententiæ executione, utique ad illius limites procedendum erat, istaque supponenda erat; Quatenus autem procedendum esset cum dictis terminis, examinando dicta requisita, dici potuisset in summo rigore, quod deficeret primum fideicommissi clari, & certi, quoniam favore descendendum ulterius, seu verius quoad se transversalium non constabat de reciproca expressa, concepta solum inter primo institutos sub conditione, si sine filiis, quæ dici poterat defecta eo

ipso, quod Alexander decesserat cum dicta fideicommissaria filio juxta consilium 21. Olivæ. Et quævis ex conjecturis, aliique facti circumstantiis, minime verius videretur, quod veritas in subrogationis dictæ regulæ, quodque revera fideicommissum haberet dictum tractum locum in tota linea & descendente Jo. Baptiste primogenito, dum agebatur inter personas de utraque linea, unde non cadebat illa major difficultas, quod dedere solet in reciproca lineari; Attamen non erat quod id deducebatur tacite & conjunctivè, & consequenter dici non poterat fideicommissum certum & clarum, quia tale non dicitur effectum, nisi illud quod oculis corporeis non autem illud quod ex conjecturis dicitur, quia semper conjecturalia sunt dicta, ut bene vertitur in Bonon. successions seu fideicommissi Bettis 19. Junii 1654. Bichio, & in aliis pluribus hoc ad quod in decisionibus non multum advertitur, mihi inferebat difficultatem.

Alterum requisitum non competentem detractionum verè concurrere videbatur, cum Romanica esset prohibita, & præterea non potestissima utpote in dispositione transmissivâ, quævis replicaretur quod in proposito ad operandam istam incompetentiam sufficit solutio via possibilis, quæ verificari potest in detractionibus accidentalibus ratione æris alieni, solutio melioramentorum, & quæ detractionum utpote consentientium in quantitate, eductum impediendi immisionem fideicommissi ac successivè impediendi, nè sit legitima detractionum, videtur magis privilegiata, quæ non species detractionum legalium constituitur quæ, in quarum casibus juxta moderatam proportionem rationabilem, ac receptam opinionem prohibetur immisio pro indiviso, quod ab ipso potest consentientibus in quantitate, quæ non absorberetur, vel falem incertum, illud dum est quid importent, ut ita distinguendetur per Add. ad Gregor. decif. 187. de illis decif. 63. idem Buratt. decif. 946. in fin. Rot. de num. 30. & seqq. par. 6. rec. Durosset. decif. quoque 4. & sequius.

Attamen, etiam in sensu veritatis, debet procedere posse, quando jam certificata ejusmodi detractionum competentia in genere in substantia, dictaque certificato legitime tempore congruo; Secus autem, ubi nulla ex parte probatione in genere, allegatur solutio possibilis in abstracto, tunc enim nullo modo tendenda venit, quoniam ista detractiones tales non habent assentiam, vel præsumptionem juris, sicuti habent legales, ac alias nunquam videtur casus verificationis hujusmodi requisitorum contrarium habemus apud Rosas decif. 444. de 184. par. 5. recen. & in aliis frequentibus.

Atque ultra hæc generalitatem, in hac specie, quoad portionem fideicommissariam, non penitus difficultas cessabat, quoniam tum solum pro dictum heredem non docebatur detractionis accidentalibus competentem in genere, sed e converso docebatur potius de ipsa parte debito in genere reintegrandi fideicommissum ob alienationes ut supra; Et sic vera contentio transebat remanentibus ab ista causa remanentibus, sed potius in rabant quoad bona portionem, & libera ipsius hæredis subrogatis, ut supra, & fideicommissum dicti alii termini illiquiditatis & incertitudinis, atque isti videbantur terminis propriis

Majus autem fundamentum scribentes in contrarium, quibus adherent decisiones, constituebant in defectu tertii requisiti non vitiosa possessionis, quam talem dicebant utpotè captam propria auctoritate, ex recepta propositione, quod fideicommissum capiendum est à manu hæredis, adeoque etiam hæreditate iacente dari debeat illi curator, quo citato talis actus sequi debeat, ex deductis apud Gregor. & Adden dec. 206. cum aliis in hac notoria, & quotidiana propositione collectis in causâ decisionibus; Eo magis, quia licet dicta possessio capta esset de mandato iudicis attamen istud continebat clausulam sine præjudicio &c. adeoque isto concurrente haberetur pro non concessa, tanquam conditionalis conditione non adimpleta, seu defecta. Verum istud fundamentum pro meo iudicio videbatur parum tutum, atque aliquo æquivooco laborare. Procedit enim in eo, qui nullum habens jus in hæreditate hæredis gravati, sed solum illud fideicommissi, istius ratione se in possessione intrudat, rectè sciens quod habere debeat aliquem contradicteorem, cum nemo decedat sine hærede, saltem fisco, ut erat casus de quo supra in Romana hereditatis de Spatis disc. 57. ac etiam in Romana de Cesis disc. 137. cum similibus enunciatis in Perusina disc. prox. sequenti; Secus autem ubi ille qui est fideicommissarius, est etiam legitimus hæres gravati, atque ex utroque titulo in statu bonæ fidei possessionem adipiscitur, cum tunc iuste credens se esse etiam hæredem non videtur quomodo unquam intrare debeat necessitas citandi se ipsum sive altera necessitas dandi curatorem hæreditati iacenti, quæ jam est adita & habet hæredem saltem bonæ fidei putativum.

Ideoque conclusiones, & doctrinæ, quæ super hoc plena manu cumulabantur per scribentes in contrarium, atque in decisionibus deducuntur, sunt veræ, sed nimium evidentem patiuntur fallaciam circa applicationem ad factum, super qua adeo frequentia sunt modernorum pragmaticorum æquivoca, quoniam totam vim, ac eruditionem constituentes in cumulo conclusionum, & doctrinarum non distinguunt criticum à palea, atque adeo frequenter accipitur quid pro quo, ut in proposito istius requisiti advenit etiam in dicta Perusina disc. sequenti.

Neglecto itaque isto prætenso vitio, restringebatur difficultas ad alia requisita ut supra; Circa quæ, tam in ista causâ, quam in dicta Perusina, & in aliis pluries advertibam, satis ea pendere ab isto ultimo requisito vitiosa, vel non vitiosa possessionis; Ubi enim verè adest vitium, tunc cum rigoribus juris circa dicta alia requisita procedendum videtur ad reprimentam licentiam committendi spoliolum, ac se intrudendi hæreditate iacente in possessione propria auctoritate, ita malitiosè affectandi Fisci privilegium litigandi manibus plenis; Secus autem ista ratione cessante, cum tunc videatur nimius indiscretus rigor leguleicus, qui repugnat, ne dum canonice æquitati ponderata in his terminis in dicta disc. 184. part. 5. reser. sed etiam rationi naturali nutriendi istos inanes circuitus, ac longas, & calumniosas lites; Ideoque prudens nimiumque rationabilis videbatur dicta provisio, quod firmaretur status hæreditatis, dum revera possessio sincerè, atque in statu bonæ fidei apprehensa erat, neque divinari poterat istud testamentum in quo extraneus, & alienigena institutus esset; Reliqua verò, quæ longa serie deducebantur in ista causâ per scribentes hinc inde, percutiebant nudum factum circa identitatem, ac valorem bonorum distractorum, & existentiam, ac etiam

circa aliquas detractiones; Causa verò adhuc pendet, atque dum dicta possessio vitiosa reverà dici non potest, putabam moderato isto rigore demandari debere boni iuris inspectionem, ad instar eorum quæ habemus in spolio vel attentatis, an sint dolosa, & verè vitiosa, vel non, ut primo casu non autem secundo rigor intret.

PERUSINA.
FIDEICOMMISSI
DE VINCIOLIS

PRO

ELEONORA VINCIOLA

CUM

MARCHIONE COPPULO.

Casus decisus per Rotam pro Coppulo.

De eadem materia legitimi contradicteoris, An scilicet fideicommissarius, qui reperitur in possessione, sit talis hæredi hæredis gravati in iudicio possessorio.

SUMMARYM.

- 1 **F**acti series, & Resoluciones causa.
- 2 De requisitis, quæ necessaria sunt, ut fideicommissarius dicatur hæredi legitimus contradicteor.
- 3 Quando iste rigor, seu distinctio inter possessorium, & petitorium attendi debeat, & quando non.
- 4 Quod in Rota non de facili datur calumnia circa processum, & orâmem iudicarium.
- 5 Circuitus inanis est evitandus præsertim attentâ æquitate canonica.
- 6 De casibus, in quibus rigorosè proceditur contra fideicommissarium, ut non sit legitimus contradicteor.
- 7 Quando hæredi hæredis gravati competat etiam manutentio, atque fideicommissarius sit legitimus contradicteor.
- 8 Quod possessio non esset vitiosa.
- 9 Vbi non adest inventarium, & constat de aliquibus alienationibus detractiones præsumuntur consumptæ, & non potest impediri immisso fideicommissaria.
- 10 Quando possit impediri per exceptionem fideicommissi antiquioris.
- 11 Fideicommissarius est legitimus contradicteor quando ei non possidenti non possit negari immissio.

Q9

DISC.

Cardin. Luca de Fideicom.